

CASUS DATIVUS – ἡ ἐπισταλτικὴ πτῶσις

DATIVUS COMMODI / INCOMMODI

1. Non scholae, sed vitae discimus. (SEN. Ep. 106)
2. Non sibi homo soli natus est, sed patriae et suis.

DATIVUS FINALIS

po czasownikach: *accipere, dare, esse, habere, mittere, relinquere, venire* itp, np. Pericles agros suos **dono** rei publicae **dedit**.

wyrażenia:

receptui canere – trąbić do odwrotu

praesidio relinquere – pozostawić na straży

signum receptui dare – dać znak do odwrotu

praesidio esse – stanowić dla kogoś obronę

deligere locum castris – wybrać miejsce pod obóz

auxilio venire (mittere) – przybyć (wyśłać) z pomocą

1. Magno usui est memoria rerum gestarum. (SALL. *Iug.* 4.2)
2. Caesar receptui cani iussit. (CAES. *Gal.* 7.47.1)
3. Esse solent magno damna minora bono. (Ov. *Rem.* 672)

DATIVUS DUPLEX

1. Qua re nuntiata Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. (CAES. *Gal.* 4.37.3)
2. Magno malo est hominibus avaritia.
3. Cui bono est? (Cic. *Mil.* 32)
4. [Caesar] quinque cohortes, quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat, castris praesidio relinquuit. (CAES. *Gal.* 7.60.2)

DATIVUS PRAEPOSITIONALIS

po czasownikach złożonych z przedrostkami: *ad, ante, in, inter, ob, post, pree, sub, super*.

1. [Aristides] interfuit pugnae navalium apud Salamina. (NEP. *Arist.* 2.1)
2. Xenocrates atque Aristoteles virtutes animi bonis corporis anteponebant. (Cic. *Fin.* 4.16)

DATIVUS POSSESSIVUS

1. Mihi nomen est Marcus / Marco.
2. An nescis longas regibus esse manus? (Ov. *Her.* 17)
3. In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est. (Cic. *Verr.* 2.4.118)

DATIVUS AUCTORIS

1. Apud Pythagoram discipulis quinque annos tacendum erat.
2. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. (Cic. *Cat.* 2.11)
3. Mihi consilium captum iam diu est. (Cic. *Fam.* 5.19.2)
4. Quam multi poetae dicunt quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda! (SEN. *Ep.* 8.8)
5. Illa nobis alio tempore atque ad aliud institutum, si facultas erit, explicabuntur. (Cic. *Inv.* 1.86)

DATIVUS IUDICANTIS

1. Ut mihi deformis, sic tibi magnificus.
2. Is mihi videtur amplissimus qui sua virtute in altiore locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodeum et calamitatem. (Cic. *Rosc. Amer.* 83)
3. Sita Anticyra est in Locride laeva parte sinum Corinthiacum intranti. (Liv. 26.26.2)
4. Coniuncto exercitu Caesar Gomphos pervenit, quod est oppidum primum Thessaliae venientibus ab Epiro. (CAES. *Civ.* 3.80.1)

DATIVUS ETHICUS

1. Quid mihi Celsus agit. (HOR. *Ep.* 1.3.15)
2. At tibi repente paucis post diebus, cum minime exspectarem, venit ad me Caninius mane. (Cic. *Fam.* 9.2.1)

DATIVUS DIRECTIONIS

1. Carthagini iam non ego nuntios | mittam superbos. (HOR. *Carm. 4.4.* 69-70)
2. It clamor caelo (VERG. *Aen. 5.451-2*)

Ćwiczenia

1. Aliquis vir bonus nobis diligendus est ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam illo vidente faciamus. (SEN. *Ep. 11.8*)
2. Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae?
3. Maiorum gloria postoris quasi lumen est.
4. Quid? si in ipso corpore multa voluptati praeponenda sunt, ut vires, valitudo, velocitas, pulchritudo, quid tandem in animis censes? in quibus doctissimi illi veteres inesse quiddam caeleste et divinum putaverunt. (CIC. *Fin. 2.114*)
5. Aliis exemplo esse debetis. (LIV. 3.21.6)
6. Habere quaestui rem publicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam et nefarium. (CIC. *Off. 2.77*)
7. Consul metuens ne nimis instando renouaret certamen, signum receptui dedit. (LIV. 2.64.8)
8. [Conon], cum patriam obsideri audisset, non quaesiuit, ubi ipse tuto uiueret, sed unde praesidio posset esse ciuibus suis. (NEP. *Con. 2.1*)
9. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, praesidio fuit. (NEP. *Att. 10.5*)
10. Conlaudatis militibus atque iis qui negotio praefuerant, quid fieri velit ostendit atque omnes ad portum Itium convenire iubet, quo ex portu commodissimum in Britanniam triectum esse cognoverat. (CAES. *Gal. 5.2.3*)
11. Timoleon Corinthius. sine dubio magnus omnium iudicio hic uir exstitit. namque huic uni contigit, quod nescio an nulli, ut et patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno liberaret, et a Syracusanis, quibus auxilio erat missus, iam inueteratam seruitutem depelleret totamque Siciliam, multos annos bello uexatam a barbarisque oppressam, suo aduentu in pristinum restitueret. (NEP. *Timol. 1.1*)
12. His omnibus rebus vitam anteposui meorum civium, remque publicam concidere unius discessu quam omnium interitu occidere malui. (CIC. *Dom. 96*)
13. Fer cineres, Amarylli, foras riuoque fluenti
transque caput iace, nec respexeris. (VERG. *B. 8.101-2*)
14. Verum tamen ita mihi res tota provisa atque praecauta est ut, si maxime esset inventus qui in se suspicere istius culpam crimenque cuperet, tamen is proficere nihil posset. (CIC. *Verr. 2.4.91*)
15. Hodie vobis iudicandum est de vestra vita et de fortunis omnium nostrum.
16. Quintia formosast multis; mihi candida, longa,
rectast. (CATUL. 86.1-2)
17. Quid igitur sibi volt pater? (TER. *An. 375*)
18. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intellegitur quando obrepatur senectus. Ita sensim sine sensu aetas senescit nec subito frangitur, sed diuinitate extinguitur.
19. Non solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis maximeque rei publicae. (CIC. *Off. 3.63*)
20. Barbarus hic ego sum, qui non intellegor ulli,
et rident stolidi verba Latina Getae. (OV. *Tr. 5.10.37-8*)